

Heinrich Faber

**COMPEN=||DIOLVM MV=||SICAE PRO IN-||CIPIENTIBVS.|| PER MAGISTRVM ||  
HENRICVM FABRVM CON=||scriptum, at nunc denuo, cum additione || alterius  
Compendioli reco-||gnitus.||**

Magdeburg: Kirchner, Wolfgang, 1590

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1681422212>

Druck Freier  Zugang



H. Faber,  
Compendiolum  
Musicae.

1590.

18

*Id. 18.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1681422212/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1681422212/phys_0003)



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1681422212/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1681422212/phys_0004)

COMPEN.  
DIOLVM MV.  
SICAE PRO IN.  
CIPIENTIBVS.

PER MAGISTRVM  
HENRICVM FABRVM CON.  
scriptum, at nunc denuo, cum additione  
alterius Compendioli reco-  
gnitus.



MAGDEBURGI  
EXCVDEBAT VVOLEFF.  
gangus Kirchnerus.

M. D. XC.

D. d. - 3021.

Christophori Hegendorffini Epigramma ad Lectorum  
pustis studiosum.

Eui enī ut refors modulari Speculatoris parvis  
Hunc rapida librum constre quidam manus.

Et, parvus fastor parvus quia scriptus ad unguem.  
Attamen e Momo indice versus acin.

Ille viam munit, reliquos pede, leder adire  
Postis in offerto, hoc lego pelle moram.

Hoc referam si te forsan nouisse puglet.  
Phonoticas Verbis, pondus adegit misis.



AVANTIA  
H. IOVY TACITURO  
ad amorem I. J. L.

D. G. M.

OPTIMAE SPEI  
PVERIS, MARTINO, NI-  
colao & Iosuæ Medleris, clarissimi &  
doctissimi viri Doctoris Nicolai  
Medleri filijs, M. Hen-  
ricus Faber.

S. D.



ECTE ADMO-  
net Horatius in arte Po-  
etica de præceptis, qua-  
lia esse debeant, cum  
inquit: Quicquid præ-  
cipies esto breuis, ut cl-  
ito dicta percipient ani-  
mi dociles, teneantes  
fideles. Quod maxime

in pueris iam artium radices primoribus la-  
bris degustantibus obseruandum existimo. Nem  
vt infirma ipsorum ingenia præceptionum ni-  
mia prolixitate obruantur, ita vicissim multū ca-  
adiuvari experientia docet, quando prima princio-  
pia nude & breuiter fuerint proposita. Hæc enim  
quoniam sèpissime propter breuitatem possint repe-  
ti melius discuntur, & tenacius deinde inhærent

A 2

memor

memoriæ. Adde quod puerilis illa ætas pro-  
fectum exiguum in aliquo studio sentiens, valde  
delectetur, & quasi calcari addito, ad maiora tan-  
to alacrius pergit. Quare ut pueri nostræ fidei  
commissi, in inferioribus Classibus, (maioribus  
enim hæc præcepta copiosius tradi necesse est) ad  
Musicæ studium invitarentur, operæ precium me-  
faturum putavi, si vñstatissima quæque canen-  
di præcepta, eorum captui accommodata, con-  
gregarem. Hanc autem meam operam vobis  
optimi pueri inscribo, vt vos quoq; adhortet  
ad studia. Feliciter incepistis. Deus optimus ma-  
tus ea fortunet, atq; ad Reipublicæ &  
Ecclesiæ utilitatem gubernet. Be-  
ne valete. Brunsuigæ 4. Ca-  
lend. Augusti. Anno  
Domini

M. D. XLVIII.



Quid

**Quid est Musica?**

**Est bene canendi scientia.**

**Quotuplex est?**

Duplex. { Choralis, &  
Figuralis.

**Quid est Musica Choralis?**

**Quae simplicem & uniformem in suis notulis servat  
mensuram.**

**Quid est Musica figuralis?**

**Quae diuersam figurarum quantitatem iuxta varie  
prescripta signa exprimit.**

**Quot sunt præcipua capita, quibus  
tyro opus habet?**

Quinq. { Clavis,  
| Vox,  
| Cantus,  
| Mutatio &  
| Figurae.

A 3

Pri-

# PRIMVM CAPVT.

De Clauibus.

Quid est Clavis?

Et vocis formandæ index.

Quot sunt Claves?

Viginti, atq; ex sequenti figura, quæ vulgo Scata  
dicitur, patento.

|                  |    |     |      |    |
|------------------|----|-----|------|----|
|                  | ee | la  |      |    |
|                  | dd | la  | sol  |    |
| Geminatæ,        | cc | sol | fa   |    |
|                  | bb | fa  | mi   |    |
|                  | aa | la  | mi   | re |
|                  | g  | sol | re   | ve |
|                  | f  | fa  | vi   |    |
|                  | e  | la  | mi   |    |
|                  | d  | la  | sol  | re |
| Et sunt Minores, | c  | sol | fa   | ve |
| tripled          | b  | fa  | B mi |    |
| ces.             | a  | la  | mi   | re |
|                  | G  | sol | re   | ve |
|                  | F  | fa  | vi   |    |
|                  | E  | la  | mi   |    |
| Maiores,         | D  | sol | re   |    |
|                  | C  | fa  | vi   |    |
|                  | B  | mi  |      |    |
|                  | A  | re  |      |    |
|                  | G  | vi  |      |    |

Quo

Quot sunt claves signatae?

Quinq.

F vi, Ffaut, Csolfaut, Gsolreut, & Ddasol.

Quare dicuntur signatae?

Quia haec sole in Cantus exordio expressè ponuntur.

Quomodo signantur?



In cantu  
chorali  
signantur  
sic.

In cantu  
vero figu-  
rali hoc  
modo.



Et ponuntur omnes in linea, distans inter se per  
quintam, præter F ab F per septimam.

## CAPVT SECUNDVM.

De vocibus.

Quid est Vox?

Est syllaba qua clavium tenor exprimitur.

Bulla

A 4

Quoq.

Quot sunt Voces?

Sex.

Vt, re, mi, fa, sol, la.

Quotuplices sunt Voces?

Duplices: Inferiores & Superiores.

Quae sunt Inferiores?

Quibus vtimur quando cantus ascendiit, & sunt,  
Vt, re, mi.

Quae sunt superiores?

Quibus vtimur quando cantus descendit, & sunt,  
Le, sol, fa.

In quotuplici sunt differentiae?

In Triplici.

vt, fd.                      molles                      mollem                      red.  
re, sol. } dicun- { naturales              quia { mediocre } dñe  
mi, la.    tur.              dura                      durum                      sonis

Sufficient ne hæ voces ad omnem  
cantum modulandum?

Ita, Quia in mutationibus subinde repetuntur.


Exemplum.



Fuga duorum in unisono.

Aliud.

## ALIVD EXEMPLVM.



Fuga duorum in Hyperdiates feron.



Quantum ad Choralem cantum attinet, pauca Exempla subiungam, cum pueri nostri satis exerceantur in cantilenis, quarum usus in templo existit: Illig, exercitio hæc præceptia addi volo, eo quod utriq; Musicae sunt communia.

## CAPVT TERTIVM

De Cantu.

Quid est Cantus?

Est apta sex vocum musicalium degestio.

A S

Quo

Quotuplex est Cantus?

Triplex.

|        |         |  |
|--------|---------|--|
| Mollis | Durus.  | Naturalis.   |
| Mollis | Est     | vt in F. & fa in bfa  mi. |
| Durus  | qui ha- | vt in G. & mi in bfa  mi. |

Naturalis bet vt in C. & non attingit b.

## CAPVT QVARTVM

De Mutatione.

Quid est Mutatio?

Et vocis in vocem unisona variatio.

Quae traduntur regulæ de Mutatione.

Quatuor.

### PRIMA.

Omnis mutatio ascendendo fit per re., descendendo,  
vero per la.

### SECUNDA.

In canto naturali proposita nulla fit mutatio, quia  
perpetuo in sex vocibus versatur.

### TERTIA.

In canto dure mutamus tribus clavis, scilicet a, e & d.

In a &   sumimus  re ascendendo.  
 e  la descendendo.

### EXEMPLVM.

Fuga.



Fuga duorum in unisono.



Aliud Exemplum.



Quar

## Quarta Regula.

In canta molli similiter tribus clavibus mutamus,  
scil: d, g & a.

In d &  $\left\{ \begin{matrix} a \\ g \end{matrix} \right\}$  sumimus  $\left\{ \begin{matrix} la \text{ descendendo} \\ re \text{ ascendendo} \end{matrix} \right\}$

## EXEMPLVM.



Aliud Exemplum.



Caput



## CAPUT QVINTVM de Figuris.

Quid est Figura?  
Est signum vocis & silentij.

Quotuplex est Figura?  
Duplex. Vox & silentij.

Quae est Figura Vocis?  
Nota.

Quid est nota?

Et character, secundum quem vox & sonus in can-  
tu formantur.

Quotuplices sunt notae?  
Duplices. Simplices & Ligatae.

Quae dicuntur simplices?  
Quae absq; colligatione alterius notae ponuntur.

Quot sunt species simplicium  
notatum?  
Duo, Quae?

Mixt-

Maxima

Longa

Brevis

Semibrevis

Minima

Semimini-

Fusa (ma-

Semifusa.

Quæ tali  
figura pin-  
guntur.

& in  
hoc  
signo.



valer-  
tacti-  
bus.

tactu-  
men-  
su-  
ran-  
tur.

## Da Regulas de notis simplicibus.


### PRIMA.

Idem est de notis simplicibus, cum caudæ sursum vel  
deorsum trahitur hoc modo.



### SECVND A.

Punctus à tergo notulis adscriptas, dimidio eas va-  
lore adhuc auget, vt.



### TER.

### TERTIA.

Sub nota colorata duæ virgulæ positæ, eam albam  
esse demonstrant.



### QVARTA.

Hoc signum  supra vel infra notas scri-  
ptum, indicat locum ubi in fugis sequens vox incipiatur  
& desinat.

### QVINTA.

Figura duabus descripta caudis, nullam habere di-  
citur, vt.



Item quando virgula per caudam



### EXEMPLVM SIMPLI- cium Figuratum.



### PRIMVS CANTVS.



Secundus



SECUNDVS CANTVS.



Vt 1310.



Ut tyrones in hū notarum figurū melius exerceantur addam adhuc duo exempla, in quibz dūe voces ex una canunt. Nam eiusmodi concentus, mea quidem iudicio, incipientibus optimæ conuenit. Rudiores enim cum illa quomodo ductum sectantur, simul posuerunt modos, allorum s̄t cantandum.



Quæ



B. 2

Quer



Quia



Quæ dicuntur Ligatæ?

Cum duæ vel plures simplices notæ per virgulam  
in dextra vel sinistra parte coniunguntur. Atq; com-  
muni ter ligaturæ vocantur.

Quotplex est Ligatura?

Duplices.


3

Recta

Recta & obliqua.

Quæ est recta?

Cuius nota quadrato pinguntur corpore.



Quæ dicitur obliqua?


Quando notulae oblongo & transuerso corpore scribuntur, vt.



Quot sunt notæ ligabiles?

Qualuor.

Maxima, Longa, Brevis, Semibrevis.



Quotuplices sunt?

Tripples.

Initiales, Mediae & Finales.

Quæ dicitur Initialis?

Prima vox ligaturæ.

Quæ dicitur Media?

Qualibet nota inter primam & ultimam posita.

Quæ dicitur Finalis?

Ultima nota ligaturæ.

Quos

Quot traduntur regulæ de initialibus?

Quatuor.

## PRIMA REGVLA.

Prima carens cauda longa est pendente secunda.

## SECUNDA.

Prima carens cauda brevis est scandente secunda.

## TERTIA.

Fstg<sub>2</sub> brevis caudam si leua parte remittit.

## QVARTA.

Semibrevis fertur sursum si duxerit illam, vna cum proxima sequente.

Quot traduntur Regulæ de Medis?

Vna tantum.

Quæ?


Qualibet è medio, brevis est, vna excipienda, scilicet sequens initialem, quæ in sinistro latere caudam sursum

attingit. 4 pro-

*Protendit*



*Exceptio.*



De finalibus quod traduntur  
Regulæ?

*Tres.*

### PRIMA.

*Vltima descendens brevis est quæcumq; ligata.*



### SECUNDA.

*Vltima dependens quadrangula sit tibi longa.*



### TERTIA.

*Est obliqua brevis semper finalis habenda.*



*Habent ne Regulæ exceptionem*

*Excipitar eaudem tollent ex parte sinistra.*

*Excep-*



Exemplum de Ligaturis.

PRIMVS CANTVS.



SECVNDVS CANTVS.



C S


Aliud





Aliud



Aliud Exemplum trium vocum,



Fuga in Edipente.



Infinita Vox.

Quæ



Quæ dicitur Figura silentij?

Pausa.


Quid est Pausa?

Est taciturnitatis signum, tempus silentio mensurans.

Quot sunt pausæ, quæ prædictis notulis correspondent?

Septem.

Septem. Quia singula notæ, præter Maximam, suas ha-  
bent pausas, quibus valore conueniant.



### REGVLÆ.

Posteriores pausæ proprie nimiam velocitatem roro  
surpanitur.

### Sunt ne & aliæ Pausæ?

Sunt. Sed in cantu communi nullum habent usum. Ideo  
non est opus eas hoc loco recensere, cum tantum vulgaria  
canendi practice tradere valuerimus. Obiter autem obser-  
vcent


uent pueri, generalem pausam dici quando hemicyclus  
cum punto supra notas scribitur hoc modo, at recessio-  
nem omnibus vocibus inducit.



Exemplum de Pausis.



PRIMVS CANTVS.



SECVNDVS CANTVS.

TER-



TERTIVS CANTVS.



Hec



Hæc communiora Musices præcepta pro compendio sufficere tyronibus arbitror; si tantum frequens exercitium accesserit. Sed hoc fidelibus committo præceptoribus, qui vi exerceantur pueri, plura exempla addere possunt, præsertim cum sint excusæ duarum vocum cantilenæ, ex quibus faciliores non incommodo incipitribus proponentur. Bene vale amice Lector, & hanc nostram operam boni consule.

F I N I S.



B R E

B R E V I S S I .  
M A R V D I M E N -  
T A M V S I C A E ,  
P R O I N C I P I E N -  
T I B V S .



[C]

Quid

# QVID EST MUSICA?

Est certa canendi scientia.

Quotuplex est Musica?

Duplex. Choralis & Figuralis.

Quid est Choralis?

Est plana, & quæ simplicibus notis constat.

Quare dicitur Choralis?

Quia usus eius quotidie in Choro est.

Quid est Figuralis?


Quæ figurata notis, varijs figuris & signis constat.

Quot sunt Figuræ notarum?

|            |                   |              |        |
|------------|-------------------|--------------|--------|
| Maxima     | Quoniam signatur: | Quid valent? | Tactus |
| Longa      |                   |              |        |
| Brevis     |                   |              |        |
| Semibrevis |                   |              |        |
| Minima     |                   |              |        |
| Seminimima |                   |              |        |
| Fusa       |                   |              |        |
| Semifusa.  |                   |              |        |

Quot sunt pausæ communes?

Quatuor



Longa, Brevis, Semibrevis, Minima.

Quot

## Quot sunt Voices in Musica?

Sex.

Quae?

{ la  
sol  
fa  
mi  
re  
ut

## Quot sunt Superiores?

Tres.

Quae?

{ la  
sol  
fa

## Quare dicuntur Superiores?

Quia ipsis descendendo viimur in mutatione.

## Quot sunt Inferiores?

Tres.

Quae?

{ mi  
re  
ut

## Quare dicuntur Inferiores?

Quia illis ascendendo viimur.

## Quotuplex est Cantus?

Triplex. Naturalis, bidualis, bmollaris.

## Quid est cantus naturalis?

Qui nullum b[ea]tum mi attingit.

C 2

Quid

Quid est cantus b<sup>d</sup>uralis?

Est quando mi in bfa  $\natural$  mi canitur, quod sit ubi b non signatur.

Quid est cantus b<sup>m</sup>ollaris?

Quando fa in bfa  $\natural$  mi canitur, quod sit ubi b signatur.

Quot sunt Claves in Musica?

Viginti.

|     |     |   |                      |
|-----|-----|---|----------------------|
| e e | la  |   | Geminat <sup>e</sup> |
| d d | la  | sol   | sive excellentes.    |
| c c | sol | fa  |                      |
| b b | fa  | b mi  |                      |
| a a | la  | mi re   |                      |
| g f | sol | re vt   |                      |
| e   | fa  | vt  |                      |
| d   | la  | mi  | Minores              |
| c   | la  | sol   | sive acutae.         |
| b   | sol | fa  |                      |
| a   | fa  | b mi  |                      |
| G   | la  | mi re   |                      |
| F   | sol | re vt   |                      |
| E   | fa  | vt  |                      |
| D   | la  | mi  | Maiores.             |
| C   | sol | re  | sive graues.         |
| B   | fa  | vt  |                      |
| A   | mi  | Q <sup>uis</sup> clavimorbi. Et vox imaq <sup>ue</sup> voce<br>re continet. |                      |
| T   | re  | Ordine quo soprano, omnes quoque  | versum               |

Possidat voces, quam iusta, quam praeiustas.

Sustentat clavem, si scire vult! Ite scalam,

Quic<sup>e</sup>

Quot sunt claves signatae?

Quinq.



Quæ?



Quot sunt notæ ligabiles?

Quatuor.




Quomodo ligatur Maxima?

In { Principio  
Medio sic  
Fine.



Quomodo ligatur longa?

In { Principio  
Medio sic  
Fine.



Quomodo ligatur breuis?

Principio.  
In  
Medio sic  
Fine.



Quomodo ligatur Semibrevis?

Principio.  
In  
Medio sic  
Fine.



E L N I S.












Est  
non sign.

Qua  
gnatur.

e e  
d d  
e e  
b b  
a a

Possidat voces quae  
sustentat clavum



antus b<sup>d</sup>durialis?

Qui canitur, quod sit ubi b

ntus bmollaris?

Qui canitur, quod sit ubi b si-

Claves in Musica?

Viginti.

Geminatae  
sive excell-  
entes.

Minores  
sive acu-  
tes.

dicuntur.

Maiores.  
sive gra-  
uas.

Quia

Imagines voces  
aut omnes que audiuntur  
in unius.  
lage scalam.